



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 3. De Octo Excommunicationis maioris effectibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Secl. I. De Excommunic. Recept. Sent. 187

nator excommunicatio in futurum, vel quia præcipitur aliquid faciendum, vel prohibetur, ne fiat, tunc si iustum sit quod præcipitur, resque grauis, in transgressores potest excommunicatio ferri. Sayr. lib. 1. cap. 5. num. 25. Filliuc. tract. 1. num. 185. Henric. lib. 13. cap. 17. Tolet. l. 1. c. 8. n. 2. & 3.

Ad incurtendam excommunicationem, aliāque censuram requiritur effectus completus, quem legislator intendit prohibere. Quia lex non ligat, nec operatur ultra legislatoris intentionem verbis expressam. Nisi sub Censura ipse conatus principaliter prohibeatur. Bonac. disp. 1. quest. 1. punct. 3. num. 9. Nauar. de poenit. disp. 1. c. cap. cum autem, numer. 2. Vgolin. tab. 1. cap. 9.

Causa materialis remota, seu subiectiua excommunicationis est homo viator, determinatus, baptizatus, inferior, subditus. Hoc est, solus homo tam masculus, quam femina viuens; unde defunctus, dæmon, & animalia irrationabilia excommunicatione ligari non possunt. Quia effectus illius non sunt capaces. Determinatus. Vnde tota aliqua Vniuersitas, aut Collegium non potest excommunicari per sententiam, nisi in particulari excommunicandi distinguatur. Quia alias huiusmodi Censura intolerabili leni contineret errorem, cum sæpe contingeret, innocentes grauissima affici pœna Baptizatus. Vnde infideles, & Cathecumeni excommunicari non possunt. Quia Ecclesiæ membra non sunt, & illius legibus non subiiciuntur. Inferior. Nullus enim se ipsum excommunicare potest, sicut nec Superiorem, vnde Summus Pontifex à nullo potest excommunicari. Subditus demum debet esse, id est subiectus excommunicantis iurisdictioni; exempti namque priuilegio Apostolico nequeunt ab Ordinario ipso excommunicari, sicut & alij non subditi, nisi in tribus casibus expressis. Nauar. summ. c. 27. n. 13. Sayr. l. 1. c. 8. Suar. d. 5. sect. 1. Valq. de excomm. dub. 17. n. 8. Tolet. l. 1. c. 7. Reginald. l. 9. n. 133.

Formalis causæ non sunt determinata verba, siue excommunicatio sit à iure, siue ab homine: sed sufficiunt quæcumque verba, aut scriptum, quæ iudicis sufficienter exprimat intentio. Quia nullo iure est cautum, excommunicationem per certa verba esse ferendam. Tamen verba, quibus excommunicatio fertur, debent significare de præseti, & practicè effectum. Quia si significant de futuro, vt Excommunicabo, &c. non inferretur Censura. Prater eaque debent executionem, non autem solam præceptionem continere. Fill. tr. 11. n. 53. § 3. 6. & 57. Suar. disp. 5. sect. 2. n. 16. Reginald. 9. n. 194. Coninch. d. 13. dub. 2. n. 23. Tolet. l. 1. c. 9.

Obseruanda sunt aliquæ circumstantiæ, quæ ad formam possunt quodammodo reduci, in circumstantia excommunicatione, quæ ad peccatum præteritum cum cōtumacia fertur. Primò requiritur, vt trina monitio præcedat, quæ excommunicandus prius admonetur, an velit parere; urgente tamen necessitate, fieri poterit, vt vna admonitio sufficiat. Ex iure colligitur, constituendos duos saltem dies interstitii pro singulis monitionibus: quævis Iudex possit interuallum ampliare, vel restringere ad breuius tempus, prout oportere cognouerit. Quædo autem vna admonitio sit, debent dari sex dies exprimendo, vt primi duo sint pro prima, secundi pro se.


Esch. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

cunda, tertij pro tertia. Secundo requiritur, vt excommunicatio feratur non solo Iudicis verbo, sed in scriptis, quibus etiam exprimi debet excommunicationis causa. Vnde ferens excommunicationem solo verbo sine scriptura, & causæ expressione; aut qui parti petenti non concedit exemplar scripturæ intra mensem, si petatur, mortaliter peccat, & incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ per mensem. Attamen excommunicatio lata sine scriptura, vel sine causæ expressione, inualida non est. Quia scripturæ, seu causæ non censetur formæ substantialis, sed tantummodo accidentalis omisso. Suar. d. 3. sect. 1. 2. Sayr. l. 1. c. 12. Nauar. summ. c. 27. n. 11. Vgolin. tab. 1. c. 18. § 2. n. 4. Reginald. l. 9. n. 181. Henric. l. 13. c. 14. Coninch. d. 13. dub. 9. n. 83. Fill. tr. 11. n. 107. Bonacin. d. 1. quæ. punct. 8. Tolet. l. 1. c. 9.

De ratione etiam formali excommunicationis est, vt feratur circumstantia loci, seu proprii territorij, quando ad illam ferendam, opus est iurisdictione contentiosa, quæ extra proprium territorium nequit sine Ordinarij loci licentia exerceri: sicut nec in loco plene exempto, non ratione tantum personarum, vt sunt Ecclesiæ, ac Monasteria Religiosorum; sed ratione etiam ipsius loci. Quando autem non est opus huiusmodi iurisdictione, potest excommunicatio etiā in alieno territorio ferri. Quia ad illam ferendam non requiritur causæ cognitio, seu processus, aut strepitus iudicialis. Aulla p. 2. c. 3. d. 2. dub. i. Reginald. l. 9. n. 5. Nauar. summ. c. 27. n. 6. Sayr. l. 1. c. 14. n. 4. Coninch. d. 13. dub. 5. n. 64. Miranda q. 3. n. 8. concl. 3. Manu. tom. 2. qq. Regul. q. 9. a. i.

Allolet etiam in excommunicatione ferenda circumstantia temporis asseruari, vt scilicet non feratur feriato die, qui ex institutione, vel consuetudine Ecclesiæ cultui diuino dicatus est. Attamen si lata tunc temporis fuerit, non erit inualida. Quia etsi excommunicatio postulet causæ cognitionem, non tamen semper, & necessario eam requirit. Vgolin. tab. 1. cap. ultim. § 2. num. 3. Sayr. lib. 1. cap. 14. num. 6. & c. 7. numer. 17.

Demum finalis excommunicationis causa est bonum, & vtilitas hominis, vt resipiscat, & ad meliorem frugem se conuertat: vel vt à malo patrando retrahatur, iuxta illud 1. Corinth. i. Vt surgat à peccato, & saluus fiat in die Domini. datio. Cap. Medicinalis de sent. excommuni. in 6. Bonac. d. 1. q. 1. punct. ultim.



CAPVT III.

De Odo Excommunicationis maioris effectibus.

Primus est Communium Ecclesiæ suffragiorum priuatio. Communia autem, & generalia suffragia sunt quedā auxilia spiritualia, quæ à Clericis quatenus Ecclesiæ Ministris pro fidelibus offeruntur: qualia sunt Missæ, Sacrificium, Canonice orationes, supplicationes, &c. in quibus Clericus nomine, & in persona Ecclesiæ

14
Debet etiā circumstantia loci obseruari.

15
Et circumstantia temporis.

16
Causa finalis est boni, nis emendatio.

17
Primus est communium suffragiorum priuatio.

188 Theologiae Moralis. Liber L.

for exorat. Vnde excommunicato applicans communia suffragia, mortaliter delinquit. Quia in re graui violat Ecclesiae prohibitionem. Imo in minorem incidit excommunicationem, communicanti cum excommunicato vitando impostam. Tamen in feria sexta Parasceues ex Ecclesiae benignitate publice pro excommunicatis oratur, & Missae Sacrificium offertur. *Cap. a nobis, de sent. excom. Fill. tr. 12. n. 33. Reginaldus l. 3. n. 17. Suar. d. 9. sect. 1. n. 4. Sayr. l. 2. c. 4. n. 7. Nauar. sum. c. 27. n. 26.*

18 Si Sacerdos Missam offerat in persona Christi pro excommunicato aliis in gratia existente, peccat quidem, sed prodest illi, quoad fructum, qui per Missam applicatur, tum quoad satisfactionem, tum quoad impetrationem. Quia quando quis operatur ut minister alterius, propria malitia non impedit operationis effectum. At si in persona Ecclesiae offerat, nihil proderit. Quia Ecclesia priuat communibus suffragiis excommunicatum. *Reginald. l. 2. n. 3. Henric. l. 3. c. 11. Suar. d. 9. sect. 4. n. 3. Nauar. sum. c. 27. n. 36. Fill. tr. 12. n. 48.*

19 Secundus est priuatio participationis passivae Sacramentorum. Vnde excommunicatus percipiendo Sacramenta quantumvis sit occultus, vel excommunicatio iniusta, modo sit valida, graue committit sacrilegium. Quia de natura excommunicationis est priuare passiva Sacramentorum participatione. Valide tamen excommunicatus Sacramenta recipit quoad substantiam, licet non semper quoad effectum, seu gratiam. Quia quoties aliquis recipit Sacramentum, & in eius susceptione lethale peccatum committit, obicem gratiae apponit. *Cap. Si celebrat, de Ecclesiastico excom. Reginald. lib. 3. n. 4. Filliuc. tr. 12. n. 57.*

20 Porro licet excommunicatus etiam toleratus regulariter loquendo, peccet mortaliter aliquod Sacramentum recipiendo, aliquando tamen potest excusari ob ignorantiam, vel ob necessitatem, ut ad vitandam infamiam, vel scandalum, vel mortis periculum, quod alia ratione, vel probabili excusatione vitare non potest. Quia Ecclesia cum tanto incommodo non obligat, & Ecclesiae precepto naturale preponderat. *Filliuc. tr. 12. n. 56. Bonacin. d. 2. q. 2. punct. 2. numero 4.*

21 Nulla autem poena ab excommunicato generaliter ex receptione Sacramentorum incurritur. Quia nulla extat in iure expressa. Suscipiens tamen Sacros Ordines excommunicatio, ne irritus, suspensionem incurrit. *Suar. d. 10. sect. 3. n. 6. Fill. tr. 12. n. 54.*

22 Licet ex vi Censurae excommunicationis Sacerdos non peccet administrando Sacramenta excommunicato tolerato: peccat tamen contra ius naturale, & diuinum. Quia ex eo non sunt administranda Sacramenta indigne petenti nisi sit peccator occultus, & publice petat, vel quando petendo non delinquit, ut si ob vitandam infamiam, vel scandalum postuler. Vsq. *dub. 2. n. 12. Suar. d. 10. sect. 2. n. 12. Fill. tr. 12. numero 64.*

23 Si vero excommunicatus sit non toleratus, ex vi Censurae mortaliter peccat, qui ei Sacramentum aliquod administrat, nisi excusetur ob necessitatem, vel aliam iustam causam. Quia agit contra Ecclesiae prohibitionem in re graui de non participando cum excommunicato.

Cap. Episcoporum, de priuilegiis in 6. Vgolin. tab. 2. cap. 7. §. 1.

Poenae demum iure statuta contra ministratorem Sacramenta excommunicato vitando sunt excommunicatio minor, & ab ingressu Ecclesiae interdictum. Et quidem si lata excommunicatio sit Papae reservata, & denunciata, Clerici participantes in diuinis cum talibus excommunicatis eandem excommunicationem incurunt. *Nauar. sum. c. 27. n. 93. Caiet. v. Excommunicatio, cap. 58. cap. Significauit, de sentent. excommunic.*

Tertius effectus est, alius Sacramentorum participationis priuatio. Vnde prohibitum est excommunicato Sacramenta cuiuslibet ministrare, sub peccato mortali. Quod intellige de excommunicato vitando: & nisi ignorantia probabilis, vel naturalis obliuio, & inaduerstia tam facti, quam iuris vel grauis necessitas vitae propria, quam aliorum, vel euitatio scandali excuset. *Tolet. libr. 1. cap. 11. numero 2. Sayrus lib. 2. cap. 1. numero 2. Filliucius tr. 12. n. 48. numero 67.*

Sacramenta tamen ab excommunicato vitando administrata valida sunt, excepto Poenitentiae Sacramento. Quia ad illud valide administrandum praeter Ordinis potestatem, iurisdic-tio requiritur, qua caret excommunicatus vitandus extra mortis articulum. Vnde Confessio facta huiusmodi excommunicato inualida est, & iteranda, exprimentumque in Confessione peccatum commissum per communicationem in factis cum excommunicato vitando. *Vgolin. tab. 1. cap. 1. §. 16. Coninch. disp. 14. dub. 5. numero 34. Henriquez lib. 13. cap. 10. numero 1. Reginald. l. 3. n. 7.*

Quando vero Sacerdos est toleratus, Sacramentum Poenitentiae etiam est validum tum ex parte iurisdictionis, cuius vfu Sacerdos toleratus non priuatur: tum ex parte poenitentis peccatis, qui non peccat mortaliter petendo, non solum quando ignorat, illum esse excommunicatum; sed etiam quando scit; siue excommunicatus sit proprius Parochus, siue alius Sacerdos; siue adsit necessitas petendi, siue non sit Sacerdos excommunicatus sit expositus, siue non, Quia ad euitanda scandala, scrupulos, & animarum pericula, fucilem fideli-bus dedit Concilium Constanti communicandi in Sacramentis, & quibuscumque diuinis cum excommunicatis, suspensis, interdictis, vel irregularibus toleratis. *Nauar. summa cap. 10. numero decimo 3. Sanchez de matrim. libro 7. disputatione 9. numero 8. Valentia tom. 4. disputatione 7. questione 11. punct. 3. Suarius d. 11. section. 4.*

Delinquit grauius, qui extra necessitatem petit, aut recipit Sacramenta ab excommunicato vitando. Quia facit contra prohibitionem graui, & obligationem Censurae in materia graui. Quando vero necessitas viget, non peccat, nec obligat. Quia Ecclesia cum incommodo graui non obligat. Vnde licet accipere Baptismum, Eucharistiam, Sacramentum Poenitentiae in mortis articulo. Imo Extremam Vnctionem, quando aeger est incapax alterius Sacramenti. Quia non fieri quis potest ex huius Sacramenti receptio ex attritu contritus. *Filliucius tr. 12. numero 75. & 76. Suar. d. 11. sect. 2. numero 18. Sayr. l. 2. cap. 2. numero 12.*

Quo

Secl. I. De Excomm. Recept. Sentent. 189

19 Quotiescumque excommunicatus Sacra-
menta non licite administrat, irregularitatem
incurrit. Verum si ille à peccato mortali excu-
situr ob ignorantiam probabilem, vel inaduer-
tentiam excommunicationis, vel ob aliam iq-
stam causam, non incurrit irregularitatem. Quia
cum hæc sit ex delicto debet semper lethale
peccatum supponere. Profecto si Sacerdos pri-
uati abique ceremoniis Baptismi ministrat,
irregularitatem non incurrit. Quia ad illum
ministrandum non requiritur Ordo. Nauarr.
sum. c. 27. n. 244. Vgolin. tab. 1. c. 14. §. 1. Filliuc.
trist. 12. num. 79. & 80. Bonac. d. 1. q. 2. punct. 2.
§. 4. num. 6.

20 Quartus effectus est, diuinorum officiorum, &
sacrarum rerum privatio. Nomine diuinorum
officiorum veniunt Officium Missæ, Officium
Canonicum septem horarum, publica Procel-
sio, omnis publica oratio, aut benedictio, quæ
ex Christi, vel Ecclesiæ institutione sit solem-
niter, & est adiuncta ordini alicui sue sacro, si-
ue ex minoribus, Benedictio solennis aquæ,
palmarum, candelarum, chrismatum consecratio.
Sacra autem concio, vel lectio Theologiæ sub
officij diuini nomine non comprehenduntur.
Vnde excommunicatus ex vi Censuræ, siue sit
toleratus, siue non, mortaliter delinquit, si Mis-
sæ Sacrificio assistat: quamuis possit à peccato
excusari, si sit occultus, inferuendo Missæ Sa-
cerdotis non excommunicati, quando nullus
adeft, qui inferuiat. Ex quo patet, excommu-
nicatum non peccare mortaliter omitendo
Missam in die festo, quamuis per ipsum stet, ne
absoluitur. Quia præceptum Ecclesiæ de Missa
audienda cadit super eos solum, qui non sunt
impediti, Cap. Si quia Episcopus, 4. 1. 1. q. 3. Suar.
d. 12. sect. 2. Nauarr. sum. cap. 61. numer. 3. Co-
ninch. d. 1. q. 4. dub. 7. n. 56. Henric. l. 13. c. 7. nu. 2.
Tolet. l. 1. c. 11. n. 8.

31 Non igitur potest Sacrificium Missæ pro
excommunicato offerri. Ipsa celebratio tanquam
ministratio, ac consecratio Sacramenti est illi
prohibita. Et communicatio, & participatio
eius per externam assistentiam. Cooperatio ad
illud largiendo Sacerdoti elemosynam adhuc
finem, vel per mandatum. Quia est quedam
communicatio. Celebratio eius coram excom-
municato vitando etiam est vetita, Quia esset,
cum eo in diuinis communicare. Demum coal-
sistentia cum excommunicato vitando, in eo-
dem officio fidelibus etiam non excommuni-
catis est interdicta. Filliuc. tr. 12. n. 89. Bonac. d.
2. q. 2. punct. 3. §. 1.

32 Audiens, vel celebrans Missam in presentia
excommunicati tolerati, non peccat. Quia ex
Concilio constant, nullus tenetur excommu-
nicatum toleratum vitare etiam in diuinis ex vi
excommunicationis. Sayr. l. 2. c. 3. n. 20. Henric.
l. 13. c. 10. n. 14.

33 Si vero excommunicatus vitandus, officio
Missæ velit interesse, monendus est, vt exeat: si
nolit exire, vi compelli potest, quamuis sit Cle-
ricus: alioquin Missa non est inchoanda. Si au-
tem inchoata sit, non est absolueda, sed præ-
termittenda, si nondum inchoata sit consecra-
tio. Si iam cepta, vel perfecta consecratio sit, &
adueniat, vel aduertatur excommunicatus ad-
uenisse, qui non potest sine periculo expelli,
Missæ est perficienda vsque ad communionem
exclusiue. Quia præceptum de perficiendo Sa-
crosancti & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

crificio inchoato, est diuinum, quod humano
de vitando excommunicato præualeat. In hoc
autem euentu omnes præter Sacerdotem, &
ministrum debent exire, & relinquere excom-
municatum in Ecclesia, si exire nolit. Sacerdos
vero completa communione debet recedere
ab altari, & se in Sacrifiæ, vel alium locum
transfere, vt post communionem, & reliquas
orationes persoluat. Reginal. l. 3. n. 71. Bonac.
d. 2. q. 2. punct. 3. §. 1. n. 15. Filliuc. 12. n. 90. Suar. d. 12.
sectio. 1. n. 11. Verum si eodem tempore plures
Missæ in Ecclesia dicantur, possunt alij audire
alias, præsentem excommunicato vni earum. Quia
sic non communicant. Nauarr. sum. c. 25. n. 192.
Sayr. l. 1. c. 3. n. 3.

Communicatio prohibita excommunicato
in officio diuino horarum Canonicarum intel-
ligitur de officio solemnî, & publico, non de
priuato. Quia excommunicatus siue sit Religio-
sus profectus, siue Clericus habens beneficium
vel Ordines Sacros, potest, imò tenetur Cano-
nicas horas persolvere, sicut ante excommuni-
cationem tenebatur. Quia par non est, vt delin-
quens commodum ex delicto reportet. Nauarr.
sum. c. 25. n. 192. Sayr. l. 1. c. 3. n. 3. Reginald. d. 32.
numer. 20.

Recitando tamen horas priuati, non po-
test dicere, Dominus vobiscum. Quia iuxta vsum
Ecclesiæ publicum officium significat. Nec po-
test sibi socium adhibere. Quia est quedam
communicatio si non in diuinis, saltem in hu-
manis. Non tamen putari culpam fore le-
thalem. Quia huiusmodi communicatio, seu
participatio leuis esse videtur respectu præce-
pti, cum priuati fiat. Coninc. d. 1. q. 4. dub. 7. Na-
uarr. de erat. c. 7. n. 10.

35 Si Clericus sit excommunicatus, & solemnî-
ter in aliquo Ordine ministret, irregularitatem
incurrit. Si vero communique in officiis diuinis
more laicorum minorem tantum incurrit ex-
communicationem. Ob auditionem Missæ non
incurritur irregularitas. Quia non est actio,
quæ pendeat ab Ordine. Tamen si sit Auctor,
vt coram se celebraretur, Sacerdosque existat, ir-
regularitatem incurrit. Quia qui Auctor est,
& qui paratur illi, qui se Missæ ingerit celebra-
tioni. Cap. Is, cui, de sent. excom. in 6. Suar. d. 12.
sect. 1. n. 5. Couarr. C. Alma mater. p. 1. §. 6. Nauarr.
sum. c. 27. n. 163.

36 Excommunicatus vitandus, qui nondum ab-
solutionem obtinuit in vita, vel post mortem,
quamuis signa contritionis expresserit, Eccle-
siastica sepultura priuatur. Quia hæc est qua-
dam communicatio in diuinis, quæ fieri potest
post mortem excommunicati cum eius corpore.
Et sepelientes excommunicatum vitandum in
loco sacro, id est, in Ecclesia, vel cimiterio, vel
in alio quocumque loco ad sepulturam, vel di-
uina officia peragenda destinato, Episcopi au-
thoritate, vel ex consuetudine, mortaliter pec-
cant, & maiorem excommunicationem incur-
runt, à qua nequeunt absolui, donec ad Epil-
copi arbitrium satisfactionem dederint. Ca. Sa-
gris, de sepultura. Tolet. l. 1. c. 13. n. 11. Nauarr. sum.
c. 27. n. 23. Henric. l. 13. c. 43. Clement. l. de sepult.
Suar. d. 12. sect. 4. Filliuc. 12. n. 11.

37 Quintus effectus est inhabilitas ad beneficia
corrigere fructus. Vnde excommunicatus, siue sit
vitandus, siue toleratus, durate excommunicatione
inhabilis est ad quæque ecclesiastica beneficia

34
Canonicas
horas priua-
tim persol-
uere tenetur.

35
Pena à in-
re excom-
municato im-
posita pro
communica-
tione diuinis
officiis.

36
Excommu-
nicatus vi-
tandus.

37
Quintus ef-
fectus.

ad Dignitates, & Officia Ecclesiastica, quæ ad tempus conceduntur, & collatio facta Excommunicato per electionem, præsentationem, confirmationem, institutionem, & designationem commendam, ipso iure est inualida, quamvis inuincibiliter ignoret excommunicatus, se censura huiusmodi illigari. Quia etsi ignorantia à noua culpa, à noua pœna, à noua censura excusat: non tamen efficit validum actum, qui aliàs inualidus erat. Attamen acceptatio beneficij collati ante excommunicationem, valida erit. Quia iura solum irritant collationem, & electionem beneficij, non vero acceptationem. Secus dicendum, quando collatio, electio, vel præsentatio facta fuit excommunicationis tempore, & post absolutionem ab excommunicatione, ille collationem, electionem, vel præsentationem acceptauit, in hoc enim casu beneficium retineri non potest. Quia titulus electionis, & præsentationis fuit inualidus, utpote collatus excommunicato, ad illum per excommunicationem inhabili reddito. *Cap. Posulastis, de Cleric. excommunic. ministr. Suar. disp. 13. sectione prima, numero secundo; Sayrus libro secundo, capite quinto, numero quinto. Nauarr. summa capite vigesimo septimo, numero vigesimo primo, Lessius libro secundo, capite trigesimo quarto, dubio vigesimo secundo, Azorius tomo secundo, libro septimo, capite vigesimo tertio, quaestione quinta, Coninch. disputatione 14. dubio 9. numero 74.*

³⁸ Prouisus inualide de beneficio, vel pensione Prouisus ob excommunicationem, si retinere velit, de inualide ob excommunicationem, si retinere velit, de absolutioe eaque obtenta curare, ut beneficium, vel pensionem sibi de nouo conferatur ab eo, ad quem res, ut sibi pertinebat collationem eam gerere. Quia de nouo collatio institutio inualida fuit, ideoque repetenda. *Nauarr. sum. c. 27. n. 21. Suar. d. 13. sect. 2. Fillius tract. 12. num. 128. Cap. Pastoralis, §. Verum, de Nisi per in. appellat.*

³⁹ Quando per excommunicatum non stat, ne inuiam ab- Quamto per excommunicatum non stat, ne solutio ex. absoluitur, & ne choro intersit, non potest communicato percipere distributiones, nisi forte iniuste, & denegetur, per iniuriam absolutio illi denegetur. Quia sen- no potest di. queretur, excommunicatum commodum ex- structiones censuræ reportare. *Suar. d. 13. sect. 2. S. v. Excom- accipere. municatio, n. 50.*

⁴⁰ Sextus effectus est. Ecclesiastica iurisdictionis Sextus effectus est. Ecclesiastica iurisdictionis. Vnde excommunicatus quamvis sit to- tus Eccle- leratus, licite iurisdictione sua uti non valet in- stitue in- fauorem sui, in fauorem aliorum, si ab- risdictionis itis requisitus sit, & non sit vitandus, priuatus priuatio. non est. Hinc grauitur delinquit excommuni- catus exercendo aliquem iurisdictionis actum. Quia hoc ei primario, ac directe prohibetur in graui materia. *Cap. Audiuimus, 24. q. 1. Tolet. l. 1. c. 13. n. 7. Nauarr. summa c. 27. n. 17. Suar. d. 14. sect. 1.*

⁴¹ Excommunicatus vitandus ipso iure est pri- Gestia per uatus valore iurisdictionis, ita ut gesta per ipsū excommu- sine inualida, quoties fiunt ex officio tanquam nicat in ui- iurisdictionis propriæ. Quia Ecclesia eo ipso- randum in- quo non tolerat eiusmodi excommunicatum, ualida sunt, priuat eum usu propriæ iurisdictionis. Attamen valide geret ea, quæ absque usu propriæ iurisdictionis agitur, g. Parochus valide matrimonio assistit, inuit contractus, &c. quamvis delinquet, ea sine necessitate gerendo. *Cap. Ad probandum, de re iud. Cap. de supplendis defect. Pralat. in 6.*

Nauarr. sum. c. 27. n. 16. Fill. tr. 12. num. 145. c. 146.

Acta vero ab excommunicato tolerato ratione publici officij valida sunt. Quia Ecclesia permittens communicationem cum huiusmodi excommunicato in rebus sacris, & in aliis pertinentibus ad iurisdictionem non censetur, illam auferre. Ipse tamen grauitur delinquit se sponte ingerens actibus iurisdictionis. Quia nihil commodi in eius fauorem in Concilio Constantiensi fuit sancitum. *Cap. Infamis, §. e- runt tamen 3. q. 4. Coninch. d. 14. n. 89. Fill. tr. 12. num. 144.*

Septimus effectus est civilis communicationis priuatio, quæ quidem in tribus maxime est posita, nempe in contractibus, in testamentis, in quotidianis conuictu. Vnde excommunicatus communicans cum aliis fidelibus, & communicantes cum ipso, si sit vitandus solummodo ciuilitate, ventraliter peccant, non mortaliter. Quia materia humanæ conuersationis in his rebus ciuilibus leuis communiter censetur. Dammodo non sit frequens huiusmodi communicatio, frequentia enim actus multiplicat, qui si per modum vnus sumantur, materiam grauem valent constituere. *Cap. Nuper, C. pen. de sen. ex. om. Nauarr. sum. c. 27. n. 17. Suar. d. 15. n. 11. Fill. tr. 13. n. 43. Coninch. d. 14. dub. 14.*

Excommunicatus in quinque casibus vitandus est eo versu contentis.

Os, orare, uale, communicatio, mensa, negatur. Os quidē, seu confabulatio, alloquutio sine fiat per litteras, per nuncios, per nuntios, seu per alia signa amicitie, ut per amplexus, oscula, acceptationem numerum, &c. *Orare*, seu participatio in oratione, suffragiis, Sacramentis, & officiis diuinis. *Vale*, seu omnis honorifica salutatio facta verbo, vel scripto, vel signo externo, ut assurgendo excommunicato, dando ei locum, caput aperiendo. *Communicatio*, seu societas, quæ fit communicando in habitatione, exercitio, contractu. Vnde licitum non est cum excommunicato in eodem lecto dormire, in eadem domo habitare. *Mensa*, seu participatio in cibo, ac potu. Vnde non licet, in eadem mensa cum illo prandere, nec in diuersa, si ambæ ad idem spectent conuiuium. *Tolet. l. 1. c. 11. Suar. d. 15. sect. 1. Fill. tr. 13. n. 82. Vgol. tab. 2. c. 2. §. 1.*

In quinque casibus excusantur fideles à peccato, cum excommunicato si communicent, qui hoc versiculo signantur.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Vtile quidem, seu vitales vera tam spiritualis, quam temporalis propria, vel ipsius excommunicati, *Lex*, seu matrimonii obligatio: vnde licet vxori cum viro excommunicato cohabitare, & viro cum excommunicata vxore: modo excommunicatio lata non sit propter matrimonium ipsum male celebratum, *Humile*, seu omnes subditi, sine tanquā filii, sine tanquā serui, & ancillæ, siue tanquam famuli urbani, ac rustici. *Res ignorata*, seu ignorantia probabilis, hoc est, minime cum ignorantia crassa coniuncta tā iuris, quam facti. *Necesse*, seu necessitas tam ex parte ipsius excommunicati, quam ex parte aliorum participantium cum eo: & hæc necessitas potest esse tū spiritualis, tum corporalis, licet non sit extrema. Vnde excommunicatus potest adire Confessarium. Quia existere in graui necessitate censetur. *Suar. disp. 15. section. 3. Sayrus lib. 1. cap. 3. Reginald. l. 3. n. 124. Henriquez*

Se^{ct}.I.De Excommunic.Recept.Sent. 191

Henriquez l.13.c.23. Filliuc.ir.13.n.130.Azor. Paragrapho 8.numer.1.& omnes.

46
O^{ct}auus effectus est *privatio communicatio* in actionibus fori civilis. Vnde omnis actio ad forum iudiciale pertinet interdicta est excommunicato vitando: sicut interdictur aliis cum ipso in iisdem actionibus communicare. Ex quo sequitur, illicitum esse iudici excommunicato, agere in seculari foro: Et si sit vitandus, sententia ab eo lata inualidas esse, ob iurisdictionis privationem. Porro quamvis sit toleratus, extra sue excommunicationis causam actor esse non potest sue per se, siue per alium in iudicio siue seculari, siue Ecclesiastico. Ideo exceptio hæc excommunicationis sepe in quacunque parte litis est admittenda. Si tamen actor agat in iudicio, & non repellatur propter excommunicationem, acta sunt valida. Præterea vitandus non potest licite ferre testimonium nisi in causa fidei, in qua potest testari, & accusare. Tamen eius testimonium validum erit in iudicio, & in aliis contractibus. Quia nullo iure probatur, inualidum esse, præsertim iudicis accedente consensu. Demum vitandus illicite suscipit, & exercet advocati, vel procuratoris Officium. Quia participat cum aliis contra censuræ obligationem: acta tamen illius valida sunt, cum non constet, ea iure irritari, donec contra eum exceptio fiat.

49
Tollitur Excommunicatio Minor per absolutionem Sacerdotis non solum proprii, scilicet, Tollitur per cet Episcopi, vel Parochi, sed etiam cuiusvis ad absolutionem confessiones audiendas approbati. (Imo à Sacerdotis simplici Sacerdote absolui posse existimo, si approbati. mortale non habeat. De quo *se^{ct}ione secunda*)
Cap. Nuper, de sent. excom. Nauar. summ. capit. 27. numer. 25. Suar. tomo quinto dub. 7. se^{ct}. 4. numer. 17. Vgolin. tab. 3. capit. 4. Paragraph. 5. numero secundo.

CAPVT V.

De Absolutione ab Excommunicatione Maiori.

50
EXCOMMUNICATIO Maiori iure Ordinario per solam Maior exabsolutionem tolli potest, & non communicatio iure ordinario per solam à contumacia resipiscencia. Iure autem extraordinario per natio, & per absolutam summi Præfulis potestatem sola absolutio potest aliis modis auferri: puta, si quem Papam excommunicaret, donec talem conditionem potest impleat, qua impleta ipso facto sit ab ea liber. Vel si reuocaret legem, ex cuius vi excommunicatio incurritur, si enim ita reuocet, ut velit haberi pro non facta, etiam quoad effectus sequutos: ex ea etiam tolleretur excommunicatio, quam quis incurrisset. Suar. dub. 19. se^{ct}ion. 1. numer. 7. Syluest. verb. Absolutio 3. Filliuc. ir. 12. n. 230.

51
Cum absolutio ab excommunicatione sit iurisdictionis Ecclesiasticæ actus, qui in feciminis, in laicis, & in simplicibus Sacerdotibus non inest, nisi ex privilegio aliquo: ideo hi ab excommunicatione absolvere non possunt. Ab excommunicatione reservata lata ab homine per sententiam generalem, vel particularem, iure communi potest absolvere vel is, qui eam tulit: vel superior eius vel successor in officio: vel Iudex appellationis: vel ab ipsis delegatus. Quando vero excommunicatio lata est per sententiam generalem, & nemini est reservata absolvere ab illa potest quicumque habet potestatem absolvendi à mortalibus. Quia sententia generalis in multis æquiparatur statuto, & Canoni: sed excommunicatio, aliæ censuræ Canonis, & statuti iure communi potest auferre ab habente potestatem absolvendi à mortalibus: Ergo Tolet. l. c. 17. Cap. Per tuas, Cap. Sacro, de sentent. excom. Bonacin. disputat. 1. questione tertia puncto primo numero primo Sayr. libro quinto capite decimo quinto num. 12. Nauar. summ. cap. 27. numer. 44. Reginal. libr. 9. num. 12.

52
A reservata à iure ille absoluit, qui eam tulit, vel eius successor, vel superior eius, vel ab his delegatus. At à non reservatis iure communi possunt absolvere qui habent potestatem absolvendi à mortalibus. Cap. Nuper, de sent. excom. Quia eo ipso, quo superior absolutionem non reſervat, censetur cuicumque Confessa-

R 4 rio

CAPVT IV.

De Excommunicatione Minori.

47
MINOR Excommunicatio est Ecclesiastica censura privans passiva Sacramentorum & Ecclesiastici beneficii participatione. Est imposita à iure propter communicationem in rebus prohibitis cum excommunicato vitando maiori excommunicatione. Differt à maiori, quia non privat participatione Sacramentorum activa, neque communibus suffragiis, neque fidelium communicatione in humanis, & divinis Officiis, uti maior. Vnde minori excommunicatione ligatus peccat mortaliter Sacramenta recipiendo, sicut illa ei administrans. Si tamen ipse aliis Sacramenta ministret, non peccat: cum hæc excommunicatio participatione Sacramentorum activa non privet. Nec celebrando, irregularitatem incurret. Quia hæc non est in iure expressa. Cap. Si celebrat. de Cleric. Excom. minist. Tolet. l. c. 17. Henr. l. 13. c. 3. Reginal. l. 3. tr. 1. se^{ct}. 1. 2. & 3. Filliuc. ir. 23. c. 1. & 2.

48
Hæc excommunicatio privat passiva ad beneficium electione. Vnde minori excommunicatione illigatus non potest eligi, aut præsentari ad beneficia: At electio non erit irrita, sed solum per sententiam irritanda. Non autem privat electione, vel præsentatione activa, sicut neque privat activa Sacramentorum participatione. Couar. ad cap. Alma mater p. 1.